HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh. Seite 182
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



gladio & fame & peste. & nequaquā homines futuros sed demones; hoc ille
dixerit ne defensores eius nobis calumniam faciant. c & erum nos simplicem & ue
ram sequamur historiā. ne quib: dam nugibus adq: prestigiis inuoluamur.

Ego feci terram & hominem & iumenta quae sunt super faciem terrae
in fostitudine mea magna. & in brachio meo extento. & dedi eam ei cui pla
cuit in oculis meis; lic & ΑΝΘΡΑΠΟΠΑΘΩϹ. haec scriptura loquatur
quomodo nos homines loqui possumus & intellegere tamen fostitudo dī.
& brachium eius ille est de quo & apostolus loquitur. xp̄s dī uistus. & dī sapi
entia; & esaias. dn̄e quis credidit auditui nr̄o. & brachium dn̄i cui reuela
tum est. scribit iohannes euangelista. omnia per ipsum facta sunt & sine
ipso factum est nihil; Dauid quoq: in suo carmine loquitur. Uerbo dn̄i
caeli firmati sunt. & spū oris eius omnis uistus eorum. Quod autem ait.
dedi eam ei qui placuit in oculis meis. hoc significat quod omnia humano
generi per dī gratiam sint tributa.

Ego inquid feci terram & hominem & iumenta. ordo contrarius; In genesi enim
primitus fiunt animantia & extremus homo. sed hic prius hominem nomi
nat. & postea quae subiecta sunt homini. Nunc itaq: ego dedi omnes ter
ras istas in manu nabogodonosor regis babylonis. seruime in super & bestias
agri dedi ei ut seruiant illi. & seruiant ei omnes gentes & filio eius. & filio
filio eius. cuius infelicitatis est israel. quando comparatione eius nabugodo
nosor seruus dī apellatur. Scriptum est in euangelio. mundus per ipsum
factus est. & mundus eum non cognouit. In propria uenit. & sui eum non
receperunt. Recte itaq: conditor creaturam suā tradidit cui uoluerit;
Deniq: & diabulus cuius typum praecessit nabogodonosor confitetur.
haec omnia mihi tradita sunt. Quod autem intulit insuper & bestias agri
dedi ei ut seruiant illi uel simplicit̄ omne genus animalium. Intellegere
debemus cum homine enim & ea traduntur quae ei subdita sunt. aut ceste
bestias feras gentes accipiamus quod etiam ille seruiant quae prius seruire
non nouerant; filium autem eius & filiū filii. iuxta ebraicum baltha
sar. uocat. & euilmarodac. de quib: scribit danibel. donec ueniat tem
pus terrae eius & ipsius pulchrae ne per pauum nabogodonosor